



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Expeditio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

varia subinde cursim inferuntur. vt, Primum Amphipolin cepit, deinde Pydam, mox Poridam, postea Methonem: Exinde ingressus in Thessaliam. Demost. i. olynth.

*Exarsis.*

*Figurae suspensio.* Annumeratur etiam à nonnullis inter figuras, quæ sit, vbi figuræ figuris implexæ sunt, sicut annuli in catena, vnde plena, grandis, & suavis decurrit oratio, quod in Cicerone, & Demosthene passim occurrit. Hermog. lib. i. de formis.

*Excitatio.*

*Figuræ* quoties languentem auditoris animum, aut tædio affectum excitamus, vt, Non mihi si lingua centum, oraque centum Terrea vox. Scalig. lib. 3. poet.

*Expeditio.*

Appellatur ratiocinatio à partium enumeratione volubilis, & sibi instans, de qua iuferius.

*Exuhenismus.*

Tul. Ruf. p. 23.

Figura hæc sit, cum rem aliquam extenuamus, & contemptam facimus. vt apud Lucilium. At magnum fecit, quod verbis Græca latinis miscuit. Apud Tullium pro Cecinna, Nunc ego te armatis hominibus, non deieci, vt tantum facinus, non in æquitate iuris, sed in vna litera latuisse videatur. Item in Philippicarum secunda, Nunc quod quærebas quomodo redissem: prima luce, non tenebris: Deinde cum calceis, & toga, uullis caligis, nec lacerna. Cato apud Athenienses, Antiochus epistolis bellum gerit, calamo, & atramento militat.

Tul. Ruf. p. 32.

**FIGURA** per casum genitiuum. Vt si dicamus, constans vir animi. Item alia: vt se habent ista;

*Isque amens animi, & ramore accensu amaro.*

*Et, At non infelix animi, & hænisæ.*

*Et, Alturum pius Aoniam, atque integer cui*

*Acanias.*

*Et, Hic annis grauius, atque animi maturus*

*Althes.*

*Et, si quis dicat, pecuniz diues, vt,*

*Inula diues opum.*

*Et, Diues equorum, diues pictis vestis, & an-*

*re.*

*Item, quæ illi lata honorum.*

*Et, Expediunt sese rerum.*

*Et, Ille mihi ante oculos felix, funibusque la-*

*berium.*

*Egrigiusq; animi.*

Et si qua sunt talia.

Figura per datiuum. Si quis dicat, timeo il-

li, pro timeo pro illo, & talia: vt, — *Et parisor, comitibus, acerbique iuniorum.*

*Et, Tunc docuit mortuissio iuis.*

*Et, Hæc cum Dardanio AEnas miranda uis*

*hæntur.*

pro ab AEnca. Et quæ antiquè dicta suat.

— *cui nomen alyio Romanum est,*

*Et, — cui nunc cognomen Lulo*

*Additur & Cui Romano cognomen erat.*

*Et, — cui nomen Amollo fecera agricon-*

*la.*

Item si qua sunt talia.

Figura per accusatiuum. vt si quis dicat, P. 345

Togam fulus, profusam togam habeas. vt se habent ista,

— *nodaque sinus collecta fluentes.*

*Et, Scissa comam.*

*Et, — resas lanata genas.*

*Et, — tumidusque nouo præcordia regno.*

*Et, Instatum hesterno uenas, ut semper, Ido-*

*cho.*

*Et, Ecce manus iuuenum anterea post terga re-*

*uinctum.*

*Et quæ antiquè dicta sunt,*

— *ferjan, & hac olim meminisse iuuabit.*

*Et, — numeros meminisse uerba tenerem:*

pro numerorum memini. Item si qua sunt talia.

Figura per ablatiuum. Si quis de quopiam

dicat Magnus virtute, bonus bello, pro in bello. Et, erectus capite incedit. Vt se habent ista.

*Purpureis cristis iuuenes, atroque coruscis.*

*Et, Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nym-*

*pha.*

*Et, Vnde prius latum siliqua quæssantis legumen.*

*Et, Teuetei subne hic fibula gemma.*

*Et, qui force capessibus nesci*

*Extrahit.*

*Et, Quam tua ne spoliata armis, excussa magis*

*stira.*

Deficere.

Item si qua sunt talia.

Figura Græca, aut casuum varietas. vt,

*Montibus in nostris solus tibi caret Amyntas.*

*Et, — pincione etiam pugnabis amori.*

